Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ta solvere aut propter communem
utilitatem tam laycorum
quam clericorum et sic licet eis.
aut propter utilitatem communem
laycorum directe non autem
clericorum nisi indirecte
scilicet inquantum temporalibus
prosperitatibus civium quandoque re-
dundat in utilitate cle-
ricorum. Et tamen distinguo quia
hoc faciunt aut animo gra-
vandi clericos ut sic ab
eis pecuniam extorqueant
quam aliter habere non po-
terant et sic non licet aut
non animo gravandi quia
etiam si non essent aliqui
clerici qui aliquid emerent
nichilominus hoc fecissent
et sic licet eis servato mo-
deramine per comparationem
ad quantitatem civitatis ita-
tamen quod fiat auctoritate domini
temporalibus et etiam conser-
vata proportione scilicet quod pro-
portionabiliter loquendo non
potest maius assisium super
ea que sepius emuntur a
clericis quam super ea que
a laycis nec maius super
ea que a laycis nec maius
super ea que emuntur ab
extraneis quam super ea que
sepius emuntur a paupe-
ribus quam super ea que
a divitibus alias non liceret
Si ergo ponatur assisium
clerici ut videtur non po-
terant iuste cogi maxime
cum non rogantur emere in ci-

vitate ista cum emere possunt
in alia licet non ita commode
et hoc probari potest per ra-
tionem legis que habetur ff.
de novi operis nunciatione l. hec. Ricardus
in quadam questione de quo-
libet. R(espondeo) non solum ecclesie man-
sus qui ut dictum est supra
ut habetur extra de cen. c.
i. Omnimode debet liber iste pri-
mo tributarius sunt quia ec-
clesia illa decima inde per-
cipiebat. Respondeo. Alanus dicit
quod mansus ille favore ecclesie
liberatur a tributo et alius
indicatur 23 q. ult. secundum
canonicam. Alia vero predia
data ecclesie non liberantur a
tributo ut extra de cen. c. i.
Hostiensis. Huguccio dicit ibidem decima
non debet propter hoc suo iure
privari 16 q. i. Ecclesie anti-
quitus nisi forte ita modicum
lederetur quod de facili pati
posset et tale tributum dici
potest ecclesiasticum. Sic autem
ad quod ecclesia tenetur. ut ibi
dicitur. Circa quintum quod est
inquantum et ad quos et
ad quid immunitas ecclesie et
cimiterii extenditur. Scien-
dum quod extenditur plus vel
minus secundum quod ecclesia diver-
sas habet immunitates. Primo
quia in ecclesia et cimiterio se-
cularia placita non sunt trac-
tanda. prout tamen ibi tractari
ecclesiastica extra e. c. i. et c.
cum ecclesia 2 q. 2 c. ult. Et
nichilominus processus iudici